ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: BEDA VENERABILIS. STERNBILDKATALOG. AUGUSTINUS
Zwettl, um 1200 Seite 22r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31907
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



lx argumentum inueniendi eam. lxi De die dominico pasche. lxii De
luna ipsius diei. lxiii Quid inter pascha et azima distet. lxiiii Typica
pasche interpretatio. lxv De circulo magno pasche. lxvi De sex huius
seculi etatibus. lxviii De cursu etatum earumdem. lxviiii De reliquis
sexte etatibus. lxx De trina opinione fidelium quando ueniat
dominus. lxxi De temporibus antichristi. lxxii De die iudicii. lxxiii De septima
et octaua etate seculi futuri. Explicuit capitula. Incipit liber
de temporibus. De computo vel loquela digitorum. i.

De temporum ratione domino adiuuante
dicturi necessarium duximus utilissimam primo
promtissimamque flexus digitorum paucis per monstra
re sollertiam. ut cum maximam computandi facilitatem
dederimus tum paratiore legentium ingenio ad inuesti
gandam dilucidandamque computando seriem temporum
ueniamus. Neque contempnenda pariuque pendenda est regu
la cuius omnis pene sacre scripture expositores non minus quam
litterarum figuras monstrantur amplexi. Denique et multa alii
alias et ipse diuine interpres historie hieronimus in euangelice
tractatu sententie huius adiumentum discipline non dubi
tauit assumere. uidelicet ubi contra iouinianum hereticum
nuptias magis quam uirginitatem laudantem scribit.
Ostendit namque maioris numeri circularis in digitis sig
nificatio coronam uirginitatis. Namque sicut maior numerus
uirginitatis deputatur significationi. sic maior beatitudo
uirginitatis quam nuptiarum. Centesimus inquit et sexa
gesimus et tricesimus fructus quamquam de una terra et de
una semente nascitur tamen multum differt in numero. Trigin
ta referuntur ad nuptias. nam et ipsa digitorum coniunctio et
quasi molli osculo se complectens et federans maritum pin
git et coniugem. Lx ad uiduas. eo quod in angustia et tribu
latione sint posite. unde et in superiore digito deprimuntur